

Epist. Judæ, & in officio Ecclesiæ, Juxta quam sententiam respodendum est, quod, cum in Scriptura aut in officio Ecclesiæ dicitur primus aut primas, aut Princeps Angelorum, seu celestis militiæ, sensus sit, quod sit Princeps eorum, qui tanquam celestis exercitus mittuntur huc a Deo ad diversa ministeria, sed maxime ad custodiam hominum. Insuper potest dici, quod hoc nomen Michael non sit uni proprium, sed pluribus conveniat juxta varias actiones, ex quibus hoc nomen desumptum est, quod interpretatur, Quis ut Deus? De hac materia videri potest Sylvius hic art. 2. Ad 7. R. Verbum æternum fuisse missum a Patre in hunc mundum ut Redemptorem, quod soli Deo competeat; non ut simplicem ministrum ad quædam exteriora opera crequenda, sicut mittuntur Angeli. (Ibid. art. 4. ad 1.) Ad 8. R. quod Dominationes computantur quidem inter Angelos ministrantes, non sicut exequentes ministerium, sed sicut disponentes generaliter & mandantes, quid per alios fieri debeat; sicut Architectores in ædificiis nihil manu operantur, sed solum disponunt, & præcipiunt quid alii debeant operari. Unde neganda est secunda Conseq.

ARTICULUS III.

De custodia bonorum Angelorum, & impugnatione malorum.

Per varias quæstionculas.

D. Thom. QQ. 113. & 114.

Petes 1. Utrum homines ab Angelis custodiantur. (Q. 113. art. 1. o.) R. affirmativè. Est de fide in multis Scripturæ locis expressa. Ps. 90. Angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis. Genes. 32. & 48. Matth. 28. Luc. 2. Act. 22. & alibi.

Ratione (Ibid.) suadetur. 1. Hoc habet in omnibus rebus ordo divine Providentiæ, ut mobilia & variabilia per immobilia & invariabilia moveantur & regulentur: patet in omnibus corporalibus, quæ moventur, & regulantur per substantias spirituales & immobiles, & in corporibus inferioribus, quæ per corpora superiora immobilia quoad substantiam moventur; atqui Angeli sunt magis immobiles, & invariabiles, quam homines, qui quantum ad animam & corpus, & quantum ad cogitationes, & affectus continuo mutantur, ut experientia patet: ergo.

2. Homo (Ibid. art. 4. o.) in statu hujus vite constitutus est quasi in quadam via, qua debet tendere ad patriam, in qua via multa pericula homini imminunt tum ab interiori, tum ab exteriori: ergo, sicut hominibus per viam non tutam ambulanti bus dantur custodes, ita & custodit homini, quandiu viator est, custos Angelus deputatur. Quando autem jam ad terminum vite pervenerit, tunc non habebit Angelum custodem, sed habebit in regno Angelum conregnantem, in inferno demonem punientem.

Hinc (Ibid.) inferes, omnes omnino homines viatores, sive justos, sive peccatores, sive fideles, sive infideles, etiam in statu nature tam pure, quam integræ, solo Christo excepto, habuisse, & habere Angelos custodes, quia rationes militant pro omnibus, & pro omni statu vite. (Ibid. ad 2.) Quamvis enim in statu nature integræ non esset periculum ab interiori, erat tamen ab exteriori propter insidias demonum, ut rei robavit evenire. In statu autem nature pure indignisset homo, ut moveretur ad finem connaturalem, & inclinaretur ad virtutum officia. (Ibid. ad 2.) Repti autem, etiam ipse Antichristus, sicut non privantur interiori auxilio naturalis rationis; ita etiam non privantur exteriori auxilio totius nature humane divinè concessio, scilicet custodia Angelorum, per quam etsi non juventur quantum ad hoc, quod vitam æternam bonis operibus mereantur, juvantur tamen quantum ad hoc, quod ab aliquibus malis retrahuntur, quibus & sibi ipsis & aliis nocere possunt. Nam & ipsi demones arcentur per bonos Angelos, ne nocent quantum volunt, & similiter Antichristus non tantum nocet, quantum vellet.

Excepi (Ibid. ad 1.) Christum; quia Christus secundum quod homo immediate regulabatur a Verbo Dei, unde non indigebat custodia Angelorum. Quidam excipiunt etiam B. Virginem; sed, cum non esset omnipotens, nec beata, licet confirmata in gratia, non videtur ratio denegandi ipsi custodem ex Angelis præstantissimum, qui & eam sua præsentie recrearet, & juvaret ministerio.

Petes 2. (Ibid. ad 2. & 5. o.) Utrum plures homines ab uno Angelo, an singuli homines a singulis Angelis custodiantur? R. singulos homines a singulis Angelis custodiri a nativitate. Prima pars colligitur ex Act. 12. Cum puella nuntiabat Petrum ad ostium stare, fideles non credentes esse Petrum, dixerunt: Angelus ejus est. Unde Hieron. in c. 18. Matth. ait: Magna est dignitas animarum, ut iniquaque habeat ab ortu nativitatis in custodiam sui Angelum delegatum.

Ratione (Ibid. art. 2.) suadetur. Divina providentia, cujus custodia Angelorum est quædam executio circa homines, principaliter versatur circa illa, quæ perpetuo manent; circa verò ea, quæ transeunt, versatur in quantum ipsa ordinat ad res perpetuas; atqui homines non sunt solum incorruptibiles quantum ad communem speciem ut alie creature, sed etiam quantum ad proprias formas singulorum, quæ sunt animæ rationales: ergo providentia Dei comparatur ad singulos homines, sicut comparatur ad singula genera, vel species corruptibilium. Subsumo; atqui probabile est, quod diversi speciebus rerum diversi Angeli præficiantur: ergo etiam rationale est, ut diversi hominibus diversi Angeli ad custodiam deputentur.

2. Pars (Ibid. art. 5.) est contra quosdam antiquos, qui dicebant tantum dari Angelum custodem post baptismum. Et 1. eam discretè asserit Hieron. cit. 2. Prob. ratione. Beneficia, quæ a Deo providentur homini in quantum habet naturam rationalem, ex tunc ei exhibentur, ex quo nascendo talem naturam accipit; atqui tale beneficium est custodia Angelorum: ergo. (Ibid. ad 2.) Neque obstat, quod pueri non sint capaces doctrinæ, qui est unus ex præcipuis effectibus custodiæ; multos namque alios effectus habet, qui pueris competunt, ut accere demones, & alia nocumenta tam corporalia, quam spiritalia prohibere.

Sed quid de puero adhuc in utero materno? R. quod, (Ibid. ad 3.) cum tunc nondum sit totaliter separatus a matre, sed per quamdam colligationem sit adhuc quodammodo pars ejus, sicut fructus pendens ex arbore est aliquid arboris, probabile est, quod Angelus, qui custos est matris, custodiat etiam prolem in ejus utero existentem.

Præter (In 2. d. 11. q. 1. art. 2. ad 4.) Angelos Custodes singulis hominibus privatis a nativitate deputatos, Patres & Theologi communiter agnoscunt insuper speciales Pontificibus, Regibus, & aliis personis publicis, & superioribus deputari, qui eos dirigant in illis, quæ spectant regimen multitudinis sibi commissæ. Item & speciale deputari cuilibet Nationi, Regno, Provinciæ, Civitati, Diocesi, Ordini Religioso, Communitati, Collegio, Sodalitati, &c. (Coll. ex 3. p. q. 83. art. 4. ad 9.) Valde etiam probabile est, cuilibet Sacerdoti celebranti adesse Angelum specialiter deputatum, qui ipsum in tanti Mysterii celebratione juvet, ejusque preces & hostias Deo offerat. Colligitur ex verbis illis Canonis Missæ: Jube hæc perferrè per manus sancti Angeli tui in sublime altare tuum, &c.

Petes 3. Quæ sint officia Angelorum Custodum erga nos? R. 1. Illuminant intellectum, non infundendo species, sed aptando veritates ad captum nostrum, vel sub sensibilibus similitudinibus representando, sicutque instruunt & docent, atque bonas cogitationes suggerunt, voluntatem etiam excitant ad bonum suadendo, hortando, &c. Boni occasiones subministrant, mali occasiones amovent. Ita habetur Gen. 16. & 18. Exod. 23. Judith 13. Tob. 6. 11. 12. Act. 5. & alibi. 2. Preces nostras & vota Deo offerunt Tob. 3. & 12. Apoc. 8. Non ut Deus ea cognoscat, sed ut ipsi suas preces nostris precibus jungant. 3. Damna externa avertunt, juvant in periculis, in bello, præsertim in morte, fugant morbos, pestilentias &c. Genes. 48. 4. Reg. 6. 19. Tob. 6. & alibi. 4. Arcem & coercent demones, ne nocent, vel ne tantum nocent, quantum vellet, sive in temporalibus, sive in spiritalibus, Tob. 6. & 8. Et cum tot ea tanta beneficia ab Angelis Custodibus continuo recipiamus, eo usque ingrati sumus, ut tam insignium benefactorum, quos speciali cultu & honore prosequi deceret, vix memoriam recolamus.

Petes 4. Utrum Angeli Custodes quandoque suos clientes deserant? (Ibid. art. 6. o.) R. Quod nunquam totaliter eos deserant, sed aliquando ex parte, & secundum quid. Ratio est; quia custodia Angeli, ut diximus, est quædam executio divine Providentiæ circa homines generaliter facta; atqui nec homo, nec res aliqua totaliter divine Providentiæ subtrahitur: ergo. Aliquando tamen Angelus dimittit suum clientem secundum quid, prout scilicet non impedit, quin vel subdat alicui tribulationi, vel cadat in peccatum secundum ordinem divinorum judiciorum. Et secundum hoc Babylon, & Domus Israël dicuntur in Scripturis derelictæ ab Angelis.

Petes 5. Utrum Angeli doleant de malis nostris? (Ibid. art. 7. o.) negativè; quia dolor est de his, quæ sunt contra voluntatem. Cum autem Angeli habeant suam voluntatem in omnibus divine voluntati conformem, nihil accidere potest contra eorum voluntatem. Equidem non volunt peccata, & mala hominum secundum se; approbant tamen voluntatem Dei ea permittentis & vindicantis.


Petes 6. Ex quo ordine sint Angeli Custodes? R. Angeli (Ibid. art. 3. o.) Custodes privataram personarum sunt ex infimo ordine; quia nutiare minima pertinent ad Angelos infimi ordinis; procurare autem, quæ spectant salutem unius personæ private, videtur quid minimum in officiis Angelorum. Angeli verò Custodes multitudinis, aut eorum qui præsumunt multitudini, sunt ex aliis superioribus ordinibus, quia quan-

quantò agens est universalis, tantò est superius. Sic igitur custodia humane multitudinis pertinet ad Principatus, vel fortè ad Archangelos, qui dicuntur Principes Angelorum. Ulterius secundum Greg. hom. 34. in Evang. super omnes naturas corporeas custodiam habent Virtutes, super demones habent Potestates, super bonos spiritus habent Principatus, vel Dominationes.

Petes 7. Utrum demones impugnent, & tentent homines? (Q. 114. art. 1. & 2. o.) R. affirmativè; tum propter invidiam, per quam impedire nituntur profectum hominum; tum propter superbiam, per quam divine potestatis similitudinem usurpant, deputando sibi ministros determinatos ad hominum impugnationem, & excidium, sicut Deus deputat Angelos determinatos ad hominum salutem. Idque patet ex Gen. 3. Ephes. 6. 1. ad Tim. 2. 1. Petri 5. & quotidiana atque infelici experientia.


Petes 8. Utrum sit cuique suus malus Angelus ad exerci-

tium, sicut cuique est bonus ad custodiam? R. Plures ita sentire post Originem hom. 12. in Luc. Greg. Nyss. Tract. de vita Moysis, Cassianum collat. 8. c. 17. & S. Thom. in 2. d. 11. art. 5. o. Alii negant: 1. Quia hæc opinio nullum habet fundamentum neque in Scriptura, neque in traditione, sed potius videtur ortum habere ex superstitione Gentilium, qui duos genios cuilibet homini assignebant. 2. Quia sunt plures homines incapaces exercitii ad virtutem, ut sunt pueri, amenes. 3. Quia non est ve isimile Deum permittere, quod demones continuo insidentur hominibus, qui jam aliunde sunt admodum infirmi. Ad eos, qui referuntur contrarium tenuisse, respondent, Originem multis aliis erroribus scaterere, Gregorio Nysseno alios Patres non assentiri, opera Cassiani declarata esse apocrypha a Gelasio Papa; S. Thomam verò hanc quidem opinionem referre, sed non eam approbare.



TRACTATUS DE OPERE SEX DIERUM.

D. Th. 1. p. a Quæst. 44. ad 48. & a Quæst. 67. ad 103.



DISSERTATIO I.

DE PROCESSIONE CREATURARUM A DEO.

D. Thom. 1. Part. Quæst. 44. 45. 46.

ARTICULUS I.

Utrum omnè ens sit effectivè a Deo? Ubi de Cartesianismo.

GNostici teste S. Epiphania heresi 25. & 26. negarunt, mundum esse a Deo conditum. Manichæi ex eodem Epiphania heresi 22. & sequent. & ex Aug. heres. 46. duos adstruebant Deos a se independentes, unum bonum, qui esset Auctor novi Testamenti, lucis, rerum spiritalium; & incorruptibilium; alterum malum, qui esset Auctor veteris Testamenti, tenebrarum, & rerum visibilium corruptibilium. Plato, & Hermianus apud Terull. l. de præscript. c. 33. Seleuciæ, & Hermiani apud Aug. heresi 39. dixerunt, materiam non fuisse à Deo productam, sed ipsi coæternam, ex qua mundum visibilem produxerunt.

Dico. (Q. 43. art. 1. o.) Omne ens aliud a Deo, quod est quodeunque, est effectivè causatum a Deo: Est de fide, qua credimus in Symbolis Nicæno, & Constantiopolitano in Deum factorem cæli, & terre, visibilium omnium, & invisibilium. Et c. Firmiter de summa Trin. Ecclesia in Conc. Lateran. 1. constituitur, Deum unum, Patrem, et Filium, et Spiritum S. esse unum universorum principium, Creatorem omnium visibilium, & invisibilium, spiritalium, et corporalium. Unde Concil. Bracarense I. Can. 13. sic definit: Si quis dixerit creationem universæ carnis non opificiùm esse Dei, sed malorum Angelorum, sicut Manicheus, et Priscillianus dixerunt; anathema sit. Atque id aperte exprimit Scriptura Gen. 1. In principio creavit Deus cælum, et terram: ubi sub cælo omnia cælestia, & sub terra omnia inferiora continentur; unde Exod. 20. Sex diebus fecit Dominus cælum, et terram, et omnia, quæ in eis sunt. Isai. 44. ergo Dominus faciens omnia, extendens cælum solus, stabiliens terram. Psalm. 145. Qui fecit cælum, et terram, et mare, et omnia, quæ in eis sunt. Joann. 1. Omnia per ipsum facta sunt. Rom. 11. Ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia. Act. 17. Deus, qui fecit mundum, et omnia, quæ in eo sunt.

Suadetur ratione. (Ibid.) Omne, quod quomodocumque est, continetur virtualiter, & eminentè in Deo: ergo omne, quod quomodocumque est, est a Deo participatum, & causatum: Patet consequentia; quia, si esset aliquod ens, quod non esset a Deo causatum, illud non contineretur virtualiter, & eminentè in Deo. Prob. Ant. Deus sic est ens per essentiam, ut complectatur omnem rationem entis secundum totam ejus latitudinem, & extensionem; id enim important rationes actus puri, entis infiniti, & infinitè perfecti, quæ competunt Deo: ergo omne quod quomodocumque est, continetur virtualiter, & eminentè in Deo, aliis Deus non contineret omnem plenitudinem entis. Theol. Billuart. Pars Prima.

Dices: Essentiæ rerum sunt æternæ, & non dependent a Deo; sic ab æterno; & independentè a Deo homo est animal rationale: ergo.

R. D. Ant. Essentiæ rerum sunt æternæ, & non dependent a Deo quoad connexionem prædicari, & subjecti, O. Quoad esse actuale, N. Id enim habet a Deo in tempore.

Hinc inferes 1. (Ibid. art. 2. o.) materiam, circè quam maxime erraverunt antiqui Philosophi, ut exponit Auctor hic art. 2. esse etiam a Deo productam; quia, cum Deus, ut dictum est, sit causa entis in quantum ens, est causa omnium, quæ pertinent ad rationem entis: materia autem pertinet ad rationem entis corporei: quamvis enim secundum se non sit ens actu, sed tantum per formam, sine qua non produciatur, ex ea tamen, & forma fit ens actu; & idè proprie loquendo materia non creatur, sed concreatur. Inferes 2. Hypothesim Cartesiani, quam ut Thesim hodiè propugnant quidam ejus Discipuli, speret pugnare cum Scriptura, & ratione.

Hæc est autem hypothesis, seu Thesis. Supponit 1. Cartesianus, materiam esse à Deo creatam ex natura sua homogeneam, seu ejusdem rationis. 2. Essentiam ejus consistere in trina extensione longi, lati, & profundi, sicutque materiam, corpus; extensionem, spatium esse synonyma. Undè 3. materiam nullos habere finis suæ extensionis; quia, quidquid, & ubicumque concipitur, concipitur ut quid extensum, & non potest aliter concipi. Undè 4. vacuum etiam divinitus esse impossibile: quia omne spatium imaginabile trina extensione constat, adeoque materia & corpore, quæ idem sunt. Hinc 5. mundum hunc esse infinitum, seu; ut dicit absurditatem declinare vultes, indefinitum. Indè 6. plures mundos esse impossibiles; neque minquam materiam portionem posse de novo creari, quia omnia spacia imaginaria sunt repleta, & duo corpora non possunt esse in eodem loco, aliis forent duo, ut supponitur; & non duo, quia eandem haberent extensionem, quæ non distinguitur a corpore. Et; omissis pluribus aliis ejusdem fariæ fictionibus, 7. supponit Deum divisisse materiam in partes æquales, non quidem sphericas, ne daretur vacuum, sed angulares, pira cubicas; ut contactu quaque parte immediato omne vacuum excluderent. 8. Supponit illis materiam fragmitibus duos motus a Deo impressos unum cuique particule circè proprium centrum, alterum pluribus communem circè centrum commune, quo duplici motu a Deo materia impresso contendit mundum hunc, structuram, dispositionem, varietatem, atque ornamentis adeo mirabilem; nihil Deo ulterius agente, facilissimè potuisset constitui.

Primo itaque motu, inquit, cujuslibet particule circè proprium centrum ancones, & ramenta particularum effræta sunt, R.



ita ut ex angulatis facte sunt globosæ seu sphericæ; deinde ex continuo attritu tam globorum inter se, tam ramentorum effractorum decisa fuit scrobs tenuissima; anones verò, & ramenta contracta molecularum instar coalescunt. Hinc suorum elementorum seu principiorum genesis. Hæc enim scrobs tenuissima est primum elementum, quæ vocat materiam subtiliorem, globuli secundum, tertium ramenta, quæ dum inter spatiosa a globulis inter se compressis relicta vi motus comprimitur, in tres strias juxta spatium a globulis relictum efformantur, undè illa vocat partes striatas, vulgò, *les parties caennales*.

Secundo motu, fingit, partes materie esse distributas in varios vortices, a quorum centro facilius, & vehementius ad circumferentiam recedentes globuli, utpotè ad motum aptiores, in illud propellunt partem materie subtilissimè agitatum, ex qua conflantur corpora lucida, sol scilicet, & stellæ fixæ, altera parte materie subtilis discurrere promiscuè inter globulorum spatiosa, ut ipsa repleat. Globuli vero sic ad circumferentiam convolantes, & materie subtili circumfusi constituunt corpora diaphana, scilicet cælos. Tandem ramenta ad invicem complicata, id est materia striata, ad motum minus apta propèr figuras suas irregulares, a subtilioribus partibus motu vehementissimo agitata, a centro versus circumferentiam ad instar spumæ extruduntur, & illic inter globulos sui corpora diaphana, scilicet cælos, quasi in æquore natantia constituunt diversa corpora opaca in diversis cælorum partibus, scilicet planetas, Jovem, Saturnum, Lunam, &c. imò, & Terram nostram cum omnibus corporibus suis, etiam animantibus; ita ut sol sit centrum mundi hujus, circa quem motu illius vorticis gyrando continuo abripiuntur cæli, planetæ, & terra nostra.

Hoc, inquam, systema, quod Cartesius proposuit, ut hypotheseosim duntaxat possibilem, hodiè quidam ejus discipuli propugnant ut Thesim de facto veram contra Scripturam, & rationem. Contra Scripturam, Genes. 1. dicitur: *In principio Deus creavit, non materiam rudem, sed Cælum & terram. Item: dixitque Deus: Fiat lux, & facta est lux... Dixit quoque Deus: Fiat firmamentum... & fecit Deus firmamentum... Dixit autem Deus: Fiant luminaria magna in firmamento cæli... fecitque Deus duo luminaria magna... creavitque Deus cæte grandis, & omnem animam viventem atque motabilem: & sic de cæteris. Non ergo solam materiam informem, cui motum impressit, sed distinctas omnium rerum species, & individuas produxit. Pugnât insuper hæc Thesis cum aliis textibus Scripturæ superius citatis; itè cum professione Fidelis, & Ecclesiæ decretis, de quibus supra.*

Contra rationem 1. Præter materiam, & motum sunt innumera alia eunia in mundo; atqui, ut probatum est in Conclusionè, omne, quod est quomodocumque ens, est effectum a Deo; ergo.

2. Juxta principia systematis Cartesii, materia est æterna, increata, a se necessario existens, adeoque alter Deus: ergo. Prob. Ant. juxta principia Cartesii materia, extensio, corpus, spatium sunt unum, & idem; atqui determinato quolibet æternitatis puncto in instanti præcedenti concipitur extensio, adeoque materia;posito quolibet materie termino concipitur ultra extensio, consequenter materia; posita tandem quolibet voluntate in Deo non creandi materiam, semper concipitur extensio, ideoque materia: ergo materia est æterna, increata, & necessario a se existens: ergo alter Deus.

3. Motus, qui, juxta Cartesium, est quasi anima ejus mundi, est in ejus systemate impossibilis: ergo. Prob. Ant. Juxta systema Cartesii omnia sunt plena, vacuum etiam divinitus est impossibile, nec una pars potest comprimi in minus spatium, ut alteri locum cedat, ut docet 2. p. n. 33. & atqui in hoc systemate motus est impossibilis: ergo. Prob. Min. Fit motus localis, dum corpus seu pars mota migrat de loco in locum; atqui si omnia sunt plena, si vacuum esse non possit, nec una pars in se comprimi, ut locum alteri cedat, quò ibit pars, quæ supponitur mota? Hæc capiant, si possint, Cartesiani: nos intertin paradoxum, absolum, & inconcepibile reputabimus.

Et ut rem, seu hujus systematis implicatiam magis in aperto ponam; finge, hanc cameram esse ex omni parte repletam fragmentis lapideis, ita ut vel minimum vacuum dari non possit, nec unum fragmentum in angustius spatium cogi, nulla unquam vi, quantumvis insigni, poterit in illis fieri vel minimum motus, longe minus vortices, & circuli Castesiani.

Respondet Cartesius 2. p. n. 32. in omni motu circulum seu anulum materie simul moveri, ita ut prima pars annuli moveat secundam, secunda tertiam, & sic successivè in gyrum usque ad ultimam, quæ eodem instanti occupat locum relictum a prima. Sed contra 1. Indè sequitur, omnem motum necessario esse circulem, nullum posse esse rectum, contra Cartesium, qui docet omnem motum esse ex natura sua rectum,

nec nisi occursu alterius corporis obliquari. Itè sequitur, ne unam partem posse moveri, quin omnes partes ejusdem vorticis, & circuli simul moveantur, nec unam quiescere, quin omnes quiescant. Quibus positis, patens est, motum, quem Cartesius supponit liberimum in suis particulis, esse reverà difficillimum, atque planè chymericum ex eo semper circulari, & uniformi posse formari omnia mundana corpora, etiam viventium. Contra 2. Circulus materie non potest moveri inter alios circulos, nisi inter hunc, & ipsos interjacet aliquid vacuum, quod est impossibile secundum Cartesium. Contra 3. Impossibile est, quòd una ex particulis Cartesii statim adæquatè occupet locum alterius; quòd tamèn fieri deberet, si non detur vacuum: ergo. Prob. Ant. Omnes particule Cartesii sunt vel sphericæ, vel angulares, vel ramosæ, vel alicujus alterius figuræ. Ponamus igitur motum fieri in globulis, eadem est ratio de cæteris, globulus pellens non potest statim adæquatè replere spatium globuli pulsati, nisi illi statim succedat secundum diametrum, quod est impossibile.

Respondet Cartesius, hæc interstitiola inter globulos seu alias partes relicta repleri materia subtili, quæ omni loco diffunditur, & cuilibet figuræ se accommodat, suæ parium tenax, non secus ac aer replet spatiosa granorum in acervo. Sed contra 1. Ante ortum materie subtilis erat motus, cum per motum ex continuo attritu globulorum, & ramentorum sit effecta: ergo. Contra 2. Partes materie subtilis sunt solidissimæ, cum careant poris ex Cartesio: ergo sibi contradicunt, dicit eam se omni figuræ accommodare, suæ parium tenacem. Contra 3. Omnes partes materie subtilis sunt etiam sui figuræ præditæ, alia ramosæ, alia triangulares, &c. ex Cartesio: ergo, sicut de globulis, sic de istis probat arguentum unam non posse statim adæquatè locum alterius replere.

Ad exemplum Cartesii, patet ex Responsione data, disparitatem esse, quòd partes materie subtilis non nate in aliqua subtiliori materia, sicut grana in aere. Insuper juxta nos aer potest facile comprimi, & dilatari, quod suis particulis denegat Cartesius.

In clariorem hujus Responsionis Cartesianæ solutionem redeat exemplum prius allatum de fragmentis lapideis in camera. Finge illorum quendam angulis excussis esse in globulos tornata, alia in pulverem minutissimam decisa, alia in partes paulo crassiores, quarum omnium particularum cum nullum potest in angustius spatium comprimi, erit pariter impossibile ullum in eis fieri motum.

Huic itaque invincibili argumento succumbens Cartesius desperata tandem solutione fatetur aliquid fieri in motu, quod mens humana non capit, scilicet divisionem particularum materie in infinitum. Ita Cartesius 2. part. Principiorum num. 34. & 35.

Bene dixit Cartesius, quòd mens humana non capit. Equis enim capere potest, in quolibet motu, etiam minimo, materiam reipsa contineri in partes infinitas? Quis capit id, quòd ulterius est divisibile, esse reipsa divisum in infinitum? Quis capit unam particulam, puta materie subtilis, posse contere, & contringere aliam particulam adamantæ duriorè in partes infinitas? Ut hoc dato, evanescit libertas, & facilitas motus, quàm tan-toperè prædicat Cartesius. Denique, admissa gratis hac chymica divisione materie in partes infinitas, remanet nihilominus impossibilis motus, ut patet exemplo prius allato de fragmentis lapideis in camera. Hæc pauca de Cartesianismo, longe plura apud Physicos.

ARTICULUS II

Utrum Deus sit causa exemplaris, & finalis omnium rerum?

Dico 1. (Ibid. art. 3. o.) Deus est prima causa exemplaris omnium rerum. Quia Deus habet rationes, seu ideas, & exemplaria omnium rerum, quas producit secundum determinatas species; non enim Deus cum sit agens intelligens agit ex eo modo, aut fortuito, hæc autem ideas seu exemplaria nihil aliud sunt realitèr, quam divina essentia, ut est diversimodè participabilis a creaturis. De ideis divinis diximus in Tract. de Deo, Dissert. 6. art. 7. §. 1.

Dico 2. (Ibid. art. 4. o.) Deus est causa finalis omnium rerum, juxta illud Prov. 16. *Universa propter semetipsum operatus est Dominus.* Ratio est: (Ibid.) Illud est causa finalis rerum omnium, quòd primum, & universale agens intendit omnibus communicare, & quòd omnia intendunt, prout possunt, consequi; atqui divina bonitas est id, quòd Deus intendit omnibus communicare, & quòd omnia consequi intendunt. Si primum, eum non sit procedere in infinitum, necesse est devenire ad aliquod primum, cui non præexistat aliud, & tamèn sit factum a Deo, consequenter factum ex nihilo.

Dices 1. Fuit apud antiquos Philosophos communiter re-

nitatis, commnicandam, & quælibet res creata intendit suum bonum & suam perfectionem, quæ est similitudo & participatio divinæ bonitatis. ergo.

Verùm difficultas est, utrum Deus, sive divina bonitas sit etiam causa finalis divinæ operationis immanentis; quia certum est, quòd operatio Dei, quæ dicitur transiens, & recipitur in creaturis; cum sit aliquid creatum, habeat sicut cætera creata pro fine ultimo Deum, sive divinam bonitatem.

Dico 3. Deus, seu divina bonitas non est propriè & strictè causa finalis divinæ operationis immanentis; quia inter causas propriè dictam & effectum necessario debet esse distinctio realis & realis dependentia effectus a causa; atqui tam Deus quàm divina bonitas & divina operatio immanentis non sunt una & eadem res simplicissima absquè ulla distinctione reali & dependentia, nimirum una & eadem essentia divina: ergo.

Rectè tamèn dicitur, quòd divina bonitas sit ratio divinæ operationis, seu sit Deo ratio volendi & agendi; quia; ut inquit Auctor q. 19. art. 2. ad 2. cum Deus non velit alia a se nisi propter finem, qui est sua bonitas, nihil aliud movere potest ejus voluntatem, nisi sua bonitas. Neque ad hoc ut aliquid sit ratio alterius absquè equalitate, requiritur inter utrumque realis distinctio, sed sufficit distinctio rationis: nec etiam requiritur dependentia realis unius ab alio; sic v. gr. juxta Auctorem q. 10. art. 1. & ejus interpretes immaterialitas est in Deo ratio æternitatis, non tamèn causa propriè dicta; quia non distinguitur realitèr ab æternitate, neque æternitas realitèr ab illa dependet, cum utraque sit una & eadem res simplicissima in Deo.

Itaque Deus vult & agit propter bonitatem suam, non quia illam desiderat; quòd enim desideratur, nondum habetur; sed quia illam perfecte amat; amor enim est etiam de presentibus; hoc autem, quòd perfecte amet suam bonitatem, vult illam aliis communicari.

ARTICULUS III

De modo emanationis rerum a Deo, qui dicitur creatio.

Ratio potest sumi tripliciter. (Q. 45. art. 1. ad 1.) 1. Latè pro quolibet conjunguntur rei productione, quo sensu Eccl. 1. dicitur de Sapientia, quòd sit ab initio creata. 2. Equivoce pro elevatione ad superiorem gradum, quo sensu quis dicitur creari Episcopus. 3. Strictè pro productione totius entis ex nihilo.

Pro quo observandum est, præpositionem *Ex* non importare habitudinem causalitatis affirmativæ, quasi nihilum sit materia ejus rei, quæ producitur, ut cum dicitur: gladius fit ex ferro, sed importare habitudinem causæ, quæ negatur, ita ut *ex nihilo*, idem sit, ac *non ex aliquo*. Itaque creatio (Ibid. o.) est emanatio totius entis a causa universali; sicus enim emanatio particularis est ex non ente particulari, ut productio ignis ex non igne; ita emanatio universalis est omnino ex non ente, ac per consequens ex nihilo.

Dico. Deus res in esse produxit ex nihilo, hoc est, creavit. (Ibid. art. 2. o.) Prob. 1. ex Script. Genes. 1. dicitur: *In principio creavit Deus cælum & terram.* 2. Machab. 7. *Peto nate, & aspicias ad cælum & terram et ad omnia, quæ in eis sunt, ut intelligas, quia ex nihilo facit illa Deus et hominum genus.*

Prob. 2. ex definitione Ecclesiæ in Concil. Later. sub Innocentio III. ubi dicitur, quòd *Deus utramquè de nihilo condidit creaturam spiritualem et corporalem, angelicam videlicet et mundanam.* Item in Symbolo Apostolorum: *Credimus in unum Deum... creatorem cæli et terre.*

Prob. 3. duplici ratione. (Ibid.) Prima, si Deus non fecisset aliquid ex nihilo, debuisset omnia producere ex aliquo præsupposito. Falsum Consequens: ergo & Ant. Prob. Min. Si Deus non ageret nisi ex aliquo præsupposito, istud præsuppositum non esset ab ipso causatum, sicut cum artifex facit statuam ex ligno, lignum non est ab ipso causatum; atqui falsum consequens; tum quia Deus est causa universalis totius entis, ut constat ex Art. 1. tum quia, si esset aliquid ens a Deo non causatum, esset ens a se, consequenter Deus utpotè ens infinite perfectum: a quo enim posse limitari in suis perfectionibus? Non ab alio, cum a nullo, nec ab ipso Deo dependere: non a se; cum enim esset ens necessarium, nullam a se perfectionem excluderet.

Secunda: Vel rebus, quas Deus produxit, aliquid præexistit, vel non. Si hoc secundum, habentius intentum. Si primum, eum non sit procedere in infinitum, necesse est devenire ad aliquod primum, cui non præexistat aliud, & tamèn sit factum a Deo, consequenter factum ex nihilo.

Dices 1. Fuit apud antiquos Philosophos communiter re-

ceptum hoc axioma: *Ex nihilo nihil fit*: ergo. R. (Ibid. ad 1.) hoc axioma verum esse de emanatione effectuum particularium a causis particularibus, sed tantum considerabant antiqui Philosophi, non verò de emanatione ab universali principio.

Inst. Inter ens & nihil est distantia infinita; atqui infinite distantia est impetransibilis: ergo. R. D. Maj. (Ibid. ad 4.) Inter ens & nihil est distantia infinita positivè, N. Negativè, C. Et ad hunc sensum distincta Min. N. Conseq. Itaque inter ens & nihil non est distantia sic positivè infinita, quòd sit aliquid infinitum medium quòd habet pertransiri, sed sic tantum quòd non esse simpliciter tendat ad esse simpliciter. Porro, sicut fieri potest virtute finita ut a non esse secundum quid fiat transitus ad esse secundum quid, v. gr. a non esse simpliciter ignis; sic fieri potest virtute infinita, ut a non esse ignis ad esse fiat transitus ad esse simpliciter.

Urgebis. Quòd fit, nondum factum est: ergo fieri præcedit factum esse: ergo debet assignari subiectum, in quo sustentetur ipsum fieri: Substans; atqui in eo quòd creatur, non potest assignari subiectum, in quo sustentetur fieri seu creari, cum sit ex nihilo: ergo non potest aliquid fieri ex nihilo. R. D. Ant. (Ibid. ad 3.) Quòd fit actione successiva, nondum factum est, C. Actione instantanea, N. Sic v. gr. dum aer illuminatur, est illuminatus; dùm verbum in corde formatur, est formatum. Creatio autem est actio instantanea; siquè, cum aliquid creatur, creatum est, & terminus creationis est res creata ipsa creatione producta. Per quòd præoccupatur altera instantia.

Dices 2. Sap. 11. Deus dicitur *creasse orbem terrarum*, hoc est mundum, *ex materia invisib.* ergo non ex nihilo. R. N. Conseq. *materia invisib.* græcè informem, non intelligitur materia nudata omni forma, sic enim existere non potest, & Gen. 1. dicitur: *In principio Deus creavit cælum & terram* sed intelligitur corpus pro tunc invisibile & informe: quia prima die antequàm lux heret, non erat expectabile; neque plantis, animalibus, hominibus, &c. erat ornatum. Sensus ergo Scripturæ est, quòd ea hoc corpore, seu materia informi Deus produxit entia distincta, plantas, animalia, hominem, &c. Verum hanc materiam Deus ex alia materia non produxit, sed ex nihilo, ut disertè assertit Aug. infra citandus.

Hinc colliges; Deum non omnia, strictè loquendo, creasse seu produxisse ex nihilo, siquidem & ex auctoritate citata, & ex cap. 1. Genes. constat ex priori materia plantas, animalia produxisse, atque hominem ex limo terre formasse; itè & quotidie multa producere non ex nihilo, sed ex præsupposito subiecto; sed tantum aliqua propriè creasse & creare, ut cælum & terram, Angelos & animas racionales. Attamen aliquo sensu, non omnino improprio, possent dici creasse, seu fecisse omnia ex nihilo, quatenus ea vel secundum se tota, vel secundum eorum partem intrinsecam & essentialè, necnè materiam, facit ex nihilo. Undè Aug. l. 1. de Genes. contra manichæos c. 6. dicit: *Idè Deus recessivè creditur omnia de nihilo fecisse, quia etsi omnia formata de ista materia facta sint, ipsa tamen materia de omnino nihilo facta est.* Si verò create sumatur generalitèr, prout idem est, ac facere seu producere, constat ex Art. 1. Deum, hoc sensu, omnia creasse.

ARTICULUS IV

Utrum sit solius Dei create.

Dico 1. Dogma fidei est, solum Deum de facto creasse Universum. Constat 1. ex variis locis Scripturæ. Genes. 1. legitur Deum universa creasse Eccl. 1. *Unus est altissimus Creator omnipotens.* Isai. 44. *Ego sum Dominus faciens omnia, creans cælos solus, stabiliens terram, & nullus mecum.* Hebr. 3. *Qui omnia creavit Deus.* in eundem sensum scribunt SS. Patres Athanas. l. 3. contr. Arianos. Cyrillus Alex. l. 6. Thesauri c. 2. Aug. l. 3. de Trinit. c. 8. Damasc. l. 2. de fide c. 3. atquè ita dehiutum est in Symbolo Apostolorum & in Concil. Lateran. sub Innoc. III. de quibus Art. præced.

Dico 2. (Ibid. art. 3. o.) Sic solius Dei est creare, ut nulla creatura possit esse causa principalis creandi. Prob. 1. (Ibid.) effectus universales debent reduci in causas universales; atqui effectus creationis est universalissimus, & solus Deus causa universalissima. ergo. Min. pro 2. parte patet. Prob. 1. pars: Effectus creationis non est ens particulare, seu hoc vel illud ens ex aliquo præexistente, sed esse simpliciter & absolute, seu ens secundum se totum, seu secundum omnia, quæ ad ejus rationem & esse substantia pertinent. ergo. 2. (Ibid. ad 2. et 3.) Ad creandum principalitèr requiritur virtus infinita; atqui nullius creature; sed solius Dei virtus est aut esse potest infinita: ergo. Min. constat. Prob. Maj. Tantò major requiritur virtus in agente ad producendum formam ex potentia, quanto magis est remota potentia, & minores sunt dispositiones ad



illam formam; ergo ubi nulla est potentia, nulle dispositiones, ut in creatione, requiritur virtus infinita.

Dico 3. (*Ibid. o.*) Probabilis est, creaturam non posse assumi ut causam etiam instrumentalem physicam creationis. Prob. (*Ibid.*) De ratione cause instrumentalis physicae est, quod per actionem sibi propriam (nisi sit ipsamet actio) operetur dispositivè ad effectum cause principalis, non quidem semper, & necessario ex parte rei operatæ, quasi debeat semper, & necessario producere aliquam dispositionem in subjecto, in quo recipitur effectus cause principalis; id quidem contingit in instrumentis creaturarum, quæ adhibentur ex indigentia, non verò necessario in instrumentis Dei; potest enim, ut docet Auctor, assumere actum immanentem, ut volitionem vel intellectionem in causam instrumentalem miraculi v. gr. sed ex parte modi operandi, modificando nempe per actionem propriam actionem cause principalis, ut operetur modo cause inferioris; sicutque cum illa & ex illa elavata attingat effectum; si enim instrumentum ex se nihil ageret, sed otiosum maneret, non esset in genere cause, nec ideo instrumentum, sed purum medium deferens influxum principalis agentis. Subsumo; & atqui nulla actio creaturæ potest concurrere etiam instrumentalitèr ad creationem: ergo. Prob. Subsumpt. Actio creaturæ, cum sit accidens, dependet a subjecto in esse & operari: ergo, si Deus agat ad modum illius & per eam attingat suum effectum, operabitur dependentèr a præsupposito subjecto, quod repugnat creationi, quæ est ex nihilo. De hoc argumento latius in Physica, Tract. de causis.

Potes utrum creare sit proprium alicui personæ divinæ? R. (*Ibid. art. 6. o.*) non esse proprium alicui personæ, sed toti Trinitati commune. 1. (*Ibid.*) Quia omne agens agit sibi simile, sic ignis generat ignem; atqui creare est producere esse rerum: ergo creare convenit Deo secundum suum esse, quod est sua essentia, quæ est communis tribus Personis. 2. Juxta commune axioma Theologicum, opera divinitatis ad extra sunt indivisa, & tribus Personis communia. 3. Potentia creans, sapientia seu intellectus per quem creatur, affectio seu voluntas ex qua creatur, sunt communes tribus Personis: ergo.

Attamen, quia potentia accommodatèr tribuitur Patri, sapientia Filio, amor Spiritui S., ideo in sensu accommodatissimo tres Personæ dicuntur diversimodèr creare: Pater dicitur Creator, Filius per quem creatur, Spiritus S. ex quo creatur.

#### ARTICULUS V.

*Utrum mundus sit unicus, & perfectus?*

Dico 1. (*Hic q. 25. art. 5. & q. 47. art. 3.*) Sunt possibile plures mundi, est tamen reipsa unicus. Prob. 1. pars: Unius mundi creatio non est exhausta infinita Dei potentia: ergo.

Dices cum Cartesianis: Mundus est indefinitè extensus: ergo non sunt plures mundi possibile. Prob. Ant. Idea extensionis, & idea materiæ, atque corporis sunt una & eadem; atqui indefinitè est extensus; concipit enim ultra mundum visibilem, concipit extensionem, consequenter concipit materiam & corpus: ergo. R. N. Ant. Ad probat. N. Maj. Alioquin, ut arguebamus Art. 1. Conseq. 2. Prob. 2. a ratione, sequeretur, quod corpus seu materiæ esset æterna, increata, necessario a se existens; sic enim concipitur extensus, seu spatium. Insuper corpus est naturalitèr impenetrabile, secus extensus.

2. Pars constat ex Scriptura, quæ unius dumtaxat mundi creationem commemorat, atque in eo omnia Dei opera contineri docet. Itaque Genes. 2. *Complevit Deus die septimo opus suum, quod fecerat; & requievit ab omni opere, quod pararat.* Atque ita decebat, tum ut unitas operis in unitate operis reluceat; (*Hic q. 47. art. 3.*) tum quia decet sapientem artificem, opera sua non dissipata facere, sed quantum fieri potest adunare, & ordinare in unius artefacti consensum.

Dico 2. Mundus est perfectus. Intellige perfectionem, non essentialè, ut est v. gr. in homine constante corpore & anima, tanquam partibus essentialibus; non enim mundus est compositum substantiale, sed aggregatum per accidens; sed perfectionem accidentalem, quatenus est instructus omnibus necessariis & sibi debitis ad suos fines, qui sunt duo; unus proximus, ut scilicet sit domicilium commodum & utile homini; alter ultimus, scilicet gloria Dei: spectanda est ergo perfectio mundi sicut perfectio artefacti, puta ædificii, nempe secundum partes, illarumque ad invicem proportionem, & dispositionem ad consequendum finem; ob quem conditus est: & hæc perfectio, ut patet, non consistit in indivisibili, sed admittit latitudinem. His observatis,

Prob. Conclusio 1. ex Scriptura Genes. 1. dicitur: *Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona.* Deuter. 32. *Dei perfecta sunt opera.* 2. Mundus est instructus omnibus sibi necessariis & debitis ad consequendos fines suos, scilicet utilitatem hominis, & gloriam Dei. Enimverò 1. naturæ, quibus

constat, sunt integre & perfectæ; Deus enim & natura, ut fert commune adagium, non deficiunt in necessariis, nec abundant in superfluis. 2. Est in eo mirabilis varietas rerum. 3. Pulcherrimus ordo tempusatum & dierum sapientissima inter hæc omnia coordinatio & subordinatio; nam non videntur ordinantur ad videntia, videntia vegetativa ad sensitiva, sensitiva ad hominem, homo ad Deum: ita ut, si quædam in mundo secundum se considerata appareant minus perfecta & defectuosa, considerata tamen in ordine ad concentum totius universi, sint bona & perfecta: sicut, licet umbræ in imagine, secundum se considerate, sint defectuosæ, considerate tamen in ordine ad totam imaginem, cujus colores earum ope magis elucescunt, sunt bonæ & utiles.

Dices 1. Mundus potest perfici; potest enim Deus creare in eo varias aliarum rerum species, virtutes in existentibus augere, &c: atqui, quod potest perfici, est imperfectum: ergo. R. D. Min. Quod potest perfici, est imperfectum positivè vel negativè, id est, non habet omnem perfectionem possibilem sibi debitam vel indebitam, C. Quod potest perfici, est imperfectum semper positivè, sic ut careat perfectione sibi debita, N. Sic v. gr. domus omnibus partibus necessariis instructa potest adhuc perfici additione alicujus ornamenti, non tamen antea erat imperfecta saltem positivè; quia istud ornamentum non erat necessarium ad ejus perfectionem simpliciter consideratam; ita mundus respectu perfectionis possibilis.

Dices 2. Plura sunt in mundo, quæ imperfectionem arguunt: ergo. Prob. Ant. 1. Plura sunt inutilia in mundo, ut tot individua ad conservationem specterem, cum in paucioribus possent conservari; imò multe species inutilis, ut muscæ, vermes, pulices, pediculi, &c. Multa incongrua & indecora, ut monstrua & peccata. 3. Multa nociva, ut venena, intempèstiva frigora, nimii aestus, &c. ergo. R. N. Ant. Ad 1. Prob. D. Sunt multa inutilia, hoc sensu quod sine illis mundus foret adhuc perfectus, C. Hoc sensu quod illis positus mundus sit imperfectus, N. Cum enim perfectio mundi, ut dixi, non consistat in indivisibili, sed admittat latitudinem, possunt in eo plura esse, quorum neque presentiam, neque absentiam necessario exigit; quæ si sunt, tamen conducunt ad ejus perfectionem, ut ad ejus locupletationem, varietatem, ornametum, & ad alios fines nobis ignotos. Ad 2. Prob. Cum natura tam in physicis quam in moralibus sit defectibilis ex hoc, quod sit ex nihilo, provisorius universalis est permittere, quod aliquando deficiat, tum ne multa bona desint, si omnia mala impedirentur, tum ut oppositorum pulchritudo & integritas magis elucescat, sicut pictor permittit umbræ in imagine, ut magis elucescant colores; tum quia Deus ita potens est, ut ex malo eliciat bonum.

Id elegantèr exponit S. Thom. 1. 2. q. 22. art. 2. ad 2. *Dicendum, inquit, quod aliter de eo est, qui habet curam alicujus particularis, & de provisorio universali; quia provisor particularis excludit defectum ab eo, qui ejus curæ subditur, quantum potest; sed provisor universalis permittit alicuique defectum in aliquo particulari accidere, ne impediatur bonum totius: unde corruptiones & defectus in rebus naturæ alibi dicuntur esse contra naturam particularem; sed tamen de intentione naturæ universalis (Dei scilicet) in quantum defectus unius cedit in bonum alterius, vel etiam totius universi: nam corruptio unius est generatio alterius, per quam species conservatur. Cum igitur Deus sit universalis provisor totius entis, ad ipsius providentiam pertinet, ut permittat quosdam defectus esse in aliquibus particularibus rebus, ne impediatur bonum universi perfectum; si enim omnia mala impediuntur, multa bona deessent universo; non enim esset vita leonis, si non esset occisio animalium; nec esset patientia Martyrum, si non esset persecutio Tyrannorum: unde dicit Aug. in Enchirid. Deus omnipotens nullo modo sineret malum aliquod esse in operibus suis, nisi ad eum quod esset omnipotens & bonus, ut bene faceret etiam de malo.* Hæc S. Thom.

Ad Prob. Quæ sunt nociva ex una parte, & ex altera sunt utilia: sic venena attemperata serviunt medicinæ, intempèstiva frigora, nimii aestus, licet per accidens nocent herbis, sunt aliunde utilia animalibus, dum ærem purgant, & noxios humores consumunt, &c.

#### ARTICULUS VI.

*Utrum mundus sit, aut poterit esse ab æterno.*

Dico 1. De fide est, mundum non esse ab æterno, sed tempore productum. Est contra antiquos Philosophos. Prob. 1. ex Scriptura. Prob. 8. de Sapientia æterna dicitur: *Deus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret a principio... Nondum erant abyssi, et ego jam concepta eram... ante colles ego parturiebar: adhuc terram non fecerat, & flumina*

& cardines orbis terræ. Christus Joann. 17. dicit Patri: *Clarificasti me tu Pater apud tempus claritate, quam habui priusquam mundus fieret: & sub fine cap. Dilexisti me ante mundi constitutionem.* Ephes. 1. ait Apost. *Elegit nos ante mundi constitutionem.* Idem pluries alibi. Prob. 2. ex definitione Ecclesie in Concilio Later. jam sæpe citato; refertur c. *Firmiter* de summa Trin. in qua dicitur, quod *Deus sua omnipotenti virtute simul ab initio temporis utramque de nihilo condidit creaturam, spirituales & corporales, Angelicam videlicet & mundanam.* 3. Suadetur ratione: Non congruebat mundum esse ab æterno. 1. Ut inde probaretur, solum Deum esse æternum. 2. Ne daretur occasio existimandi, mundum esse a seipso. 3. Ne videretur, Deum ex necessitate illum creasse.

Dices: Cujus actio est æterna, effectus est æternus; atqui actio Dei, utpotè ejus substantia, est æterna: ergo. R. D. Maj. (*Hic q. 46. art. 1. ad 10.*) Cujus actio est æterna, est effectus æternus in agentibus necessariis, C. In agentibus liberis, N. In his enim effectus sequitur secundum determinationem intellectus & imperium voluntatis; Deus autem liberè condidit mundum; operatur enim omnia secundum consilium voluntatis sue Ephes. 1. Cætera argumenta require in Auctore loco citato in margine.

Quantum ad 2. partem tituli major est difficultas; pro qua nota, res in mundo duplicis esse generis. Quædam sunt permanentes, quæ scilicet habent similitudinem suas partes & omnia necessaria ad esse, ut Angelus, anima rationalis, lapis, cælum, &c. Aliæ sunt successivæ, quæ in quodam fluxu consistunt, ut tempus, alteratio, augmentatio, & alii motus. De utrisque est difficultas. Pro cuius resolutione

Dico 2. Probabilis est, mundum potuisse esse ab æterno quantum ad res permanentes. Prob. Non repugnat, mundum quod res permanentes potuisse esse ab æterno, neque ex parte Dei productis, neque ex parte effectus producendi, neque ex parte ipsius actionis, seu creationis: ergo ex nullo capite repugnat. Patet Consequentia a sufficienti enumeratione. Prob. Ant. pro 1. parte: Non est minor Dei potentia ab æterno quam in tempore, nec minor cum liberè agit, quam si necessario ageret; atqui potuit res permanentes producere in tempore, & si necessario egisset, ab æterno produxisset: ergo non repugnat ex parte Dei productis, &c. Prob. Ant. pro 2. parte. 1. Quia creaturæ sunt possibile ab æterno, nec incipiunt esse possibile in tempore. 2. Quia de facto sunt creaturæ æternæ a parte post. 3. Tandem, quia, etsi æternitas per essentialiam, qualis Deo competit, creaturæ repugnet, non tamen ipsi repugnat æternitas per participationem, quæ nihil aliud foret quam propria creaturæ duratio creata æternitati a parte antè coexistens: ergo non repugnat ex parte effectus producendi. Prob. Ant. pro 3. parte: Si foret repugnantia ex parte actionis productivæ, est triplici potissimum capite oritur. 1. Quia actio non præcederet suum effectum. 2. Quia non foret libera. 3. Quia non salvaretur ratio creationis, quæ est transitus de non esse ad esse; atqui nihil horum sequitur: ergo. Prob. Min. Non primum; quia, cum actio Dei sit instantanea, non requiritur, quod tempore præcedat suum effectum, sed natura tantum, ut patet in sole, cuius actio, scilicet illuminatio, natura tantum, non tempore, præcedit lucem, quia est instantanea. Non secundum; quia libera Dei determinatio, cum sit ipsa Dei essentia, non in tempore, sed ab æterno fit. Non tertium; quia ad creationem seu transitum de non esse ad esse non requiritur, quod non esse seu nihilum tempore præcedat creaturam, ita ut creatura per aliquod tempus sit nihil, deinde transeat ad esse; sed sufficit, si nihilum seu non esse natura tantum præcedat creationem, sic ut ex se, seu ex natura sua nihil sit, & totum quod habet, a solo Deo habeat, sine concursu alicujus subjecti; sic enim non esse natura præcedit esse; quia prius est natura id, quod est ex se, seu ex natura rei, quam id, quod est per aliud; atque hoc sensu concipitur transitus de non esse ad esse: ergo. Adde, quod creatio propriè non sit transitus de non esse ad esse; sed, ut dixi, est totius rei productio ex nullo præsupposito subjecto: unde illa creationis notio, dum dicitur transitus de non esse ad esse, soli creationi temporali convenit.

Dico 3. Probabilis est, mundum non potuisse esse ab æterno quantum ad res successivas. Prob. 1. Si motus vel alia res successiva potuisset esse ab æterno, fuisset similis successiva & non successiva; hoc implicat: ergo. Prob. Maj. Fuisse successiva, ut supponitur; non fuisset successiva, quia fuisset permanentes: ergo. Prob. Ant. Quod permanet & durat infinita duratione absque fluxu partis prioris desinentis & posterioris incipientis, est permanentes; atqui motus, vel saltem pars mortis ab æterno creata cum re mobili, puta cum coelo, durasset & permansisset duratione infinita, scilicet æterna, & ut patet absque fluxu partis prioris desinentis & posterioris incipientis: ergo. Prob. a. Si posset dari tempus ab æterno, pos-

set dari infinitum actu: hoc implicat: ergo. Prob. Sequela: Si tempus esset ab æterno, jam essent transactæ infinite partes temporis; atqui in qualibet parte vel instanti potuisset creari unus Angelus, vel una anima rationalis: ergo jam darentur infiniti Angeli, aut infinitæ animæ actu; sunt enim immortales: ergo.

Atque hinc sequitur, motus & generatione aliarum rerum non potuisse esse ab æterno; sicut enim animæ immortales naturalitèr perseverant, sic Deus posset supernaturalitèr conservare alias formas, quæ ideo essent etiam tunc infinite actu. Adde, quod omnis generatio supponat prius duratione materiam sub alia forma. Est enim generatio ex præsupposita materia; materia autem non potuit creari sola, sed sub aliqua forma, cum sine forma existere non possit, ut probatur in Physica.

*Solvuntur objectiones contra 2. Conclusionem.*

Obj. 1. plures SS. Patrum auctoritates. S. Athanasius Ep. ad Serapionem de Spiritu S. dicit: *Quemadmodum filius, quia semper est, non est creatura: ita, quoniam semper est Trinitas, nulla est in ea creatura, quapropter non est creatura Spiritus, S. Aug. 1. 8. de Genesi ad Litt. c. 23. Omnino incommutabilis est illa natura Trinitatis & ob hoc ita æterna, ut et coæternum aliquid esse non possit.* S. Damascenus l. 1. de fide cap. 8. *Res natura non patitur, ut quod ex non esse ad esse deducitur, coæternum ei sit, quod sine principio et tempore est.* Ita plures alii. Imò inde probant contra Arianos, filium Dei non esse creaturam, quia est æternus, quod argumentum non concluderet, si etiam aliqua creaturæ possent esse æternæ. R. (*Q. 3. de pot. art. 14. ad 1.*) cum S. Thom. SS. Patres intelligendos esse de æternitate per essentialiam & ex omni parte indefectibili, quæ soli Deo competit, non verò de æternitate per participationem, quæ a Deo creaturæ ex se defectibilis communicari potest. Unde etiam argumentum, contra Arianos petitum, ex æternitate Verbi, rectè concludit ipsum non esse creaturam; quia æternitas per essentialiam, de qua loquebantur, nulli creaturæ convenire potest. Adde, argumenta Patrum ut plurimum procedere ex suppositione, quod creaturæ non sint ab æterno, ut apertè traditur in Scripturis, quas admittent Ariani.

Obj. 2. & simul Inst. Si creaturæ possent esse ab æterno æternitate etiam participata, non haberent principium; atqui omne, quod creatur, habet principium: ergo. R. D. Sequelam non haberet principium durationis, C. Causalitatis, & originis, N. Ad ejus sensum distincta Min. N. Conseq. Sic si pes ab æterno fuisset in pulvere (est exemplum) quo utitur Aug. ab æterno causasset vestigium: hoc vestigium a calcante causatum fuisset, ut patet, sicutque haberet principium causalitatis, seu productionis, non tamen haberet principium durationis. Non est ergo necesse, quod, ut aliquid dicatur creati, prius tempore non fuerit, & postea in tempore incipiat; sed sufficit, quod ex se nihil sit, & totum, quod habet, illud habeat a Creatore, ut dicitur est in probatione Conclusionis.

Inst. 1. Quod creatur, debet habere initium durationis: ergo. Prob. Ant. Quod creatur, transit de non esse ad esse; atqui, quod transit de non esse ad esse debet prius non esse: ergo. R. N. Ant. Ad prob. omnia Maj. D. Min. Quod transit de non esse ad esse debet prius non esse prioritate naturæ, C. Prioritate temporis, N. Amplior solutio habetur in probatione Conclusionis sub finem.

Inst. 2. Quod annihilatur, debet prius tempore fuisse: ergo, quod creatur, debet prius tempore non fuisse; oppositorum enim est opposita ratio. R. N. Conseq. Disparitas est, quod annihilare sit destruere existentiam rei, proindeque eam præsupponi: unde, si res fuisset ab æterno annihilata, debuisset existere antè æternitatem: creare verò est dare esse rei, quod non supponit necessario rem prius tempore non fuisse, ut patet ex præcedentibus Solutionibus, & ex probatione Conclusionis. Ad Probat. Dico, oppositorum oppositam esse rationem, quando sumuntur sub ea ratione, sub qua sunt opposita; secus autem, quando sumuntur sub alia ratione. Porro creatio in hoc tantum opponitur annihilationi, quod creatio det esse, annihilatione verò destruat esse, non in eo quod præsupponant, vel non præsupponant aliquid esse: sic v. gr. ex eo quod album sit discrepant visus, bene sequitur, quod nigrum sit congregativum visus; quia in illa ratione album, & nigrum opponuntur. Ex eo verò quod album sit visibile, non sequitur, quod nigrum non sit visibile, quia in ratione visibilis non opponuntur.

Inst. 3. Ut aliquid sit creatum, oportet quod aliquando fuerit verum dicere: *nunc creatur*; atqui, quod non habet principium durationis, sed est æternum, nunquam potest dici: *nunc creatur*: ergo. R. N. Min. In hoc enim casu fuisset verum dicere: *semper mundus creatur, semper creabitur, semper creatus* est;



est sicut, si pes ab aeterno fuisset in pulvere, verum esset diceret: vestigium semper imprimitur, semper imprimitur, semper impressum est.

Inferes: ergo nullum fuisset discrimen inter creationem & conservationem. Prob. Illatio: Creatio differt a conservatione, quod creatio sit prima rei productio, conservatio autem sit illius productionis continuatio; atqui, si mundus semper fuit creatus, nunquam fuisset prima ejus productio: ergo.

R. N. Illationem. Ad probat. N. Maj. Nam creatio non in hoc differt a conservatione, quod creatio sit prima rei productio; sed in hoc, quod, quamvis utraque sit eadem actio (unde communiter dicitur quod conservatio sit continuata productio) attamen illa unica actio prout dicitur esse, dicitur creatio: prout vero continuat idem esse per durationem sive finitam sive infinitam, dicitur conservatio, quod discrimen stare, si mundus esset ab aeterno.

Obj. 3. Omnis causa debet esse prior suo effectu: ergo nullus effectus potest esse aeternus.

R. D. Maj. Omnis causa debet esse prior suo effectu prioritate nature, C. Prioritate temporis, N. Sic sol non est prior tempore suo radio, sed natura tantum, quamvis sit solis effectus. Amplior solutio patet ex dictis.

Inst. Salm causa libera debet esse prior tempore suo effectu; atqui Deus est causa libera mundi: ergo. Prob. Maj. Causa liberè agens, debet, priusquam agat, esse indifferens ad agendum & non agendum: ergo.

R. N. Maj. Ad probat. D. Ant. Causa liberè agens debet esse indifferens ad agendum & non agendum, priusquam agat prioritate nature, C. Prioritate temporis, N. Non ergo requiritur ad libertatem, præsertim perfectissimam, & actualissimam, qualis competit Deo, ut aliquo tempore ante actionem maneat suspensa & indeterminata: Apagè: Id prorsus repugnat summæ Dei perfectioni & actualitati; sed sufficit quod pro illo priori natura ad suam determinationem sit indifferens, ita ut sic se determinat & sic agat, quod poterit se non determinare, nec agere.

Obj. 4. Si mundus esset ab aeterno, Deus ab aeterno illum conservasset tota aeternitate: ergo tota aeternitate non fuisset annihilabilis; quod est contra rationem creaturæ, quæ est annihilabilis.

R. D. Consequens: ergo tota aeternitate non fuisset annihilabilis secundum se, N. Ex hypotesi quod Deus velit illam conservare, C. quod non est contra rationem creaturæ: sic v. gr. supposito quod Deus velit rem existere tali hora, non potest, facta hac hypotesi, illam rem tali hora destruere. Similiter, si Deus velit mundum esse ab aeterno, facta hac hypotesi, non potest illum destruere ab aeterno, poterit tamen post infinitam durationem annihilari in aliquo instanti temporis.

Obj. 5. S. Th. hic q. 46. art. 1. initio corporis dicit: Nilhil potest præter Deum ab aeterno fuisse: ergo.

R. licet sic legatur in aliquibus Editionibus, in aliis tamen, ut in Duacensis legitur: Nilhil oportet præter Deum ab aeterno fuisse: & sic legendum esse constat ex sequentibus ibid. dicit enim in ejusdem articuli corpore: Non esse necessarium Deum velle, quod mundus fuerit semper. Et postea: Non est igitur necessarium mundum semper fuisse.

Solvuntur objectiones contra 3. Conclusionem.

Obj. 1. S. Th. hic q. 46. art. 2. & 3. de potent. art. 148. docet, mundum potuisse esse ab aeterno: ergo.

R. D. Ant. Docet, mundum potuisse esse ab aeterno quantum ad aliqua, scilicet permanentia, C. Quantum ad omnia etiam successiva, N.

Inst. Etiam quoad successiva. Prob. Ant. S. Th. tenet mundum fuisse ab aeterno eo modo quo, tenuit Aristoteles; atqui Aristoteles tenuit mundum esse ab aeterno, etiam quoad successiva: ergo. Prob. Maj. S. Th. præsertim hic solvit rationes eorum, qui contra Aristotelem contendebant mundum non esse ab aeterno: ergo. R. 1. N. Ant. Ad probat. N. Maj. Ad probat. N. Ant. universaliter sumptum. Non enim solvit ultimum argumentum de infinitate animarum, si darentur generationes hominum ab aeterno, sed insolutum relinquit, & sic concludit: Considerandum tamen est, quod hæc ratio particularis est: unde posset dicere aliquis, quod mundus fuit aeternus, vel saltem aliqua creatura, ut Angelus, non autem homo: Nos autem intendimus universaliter, an aliqua creatura fuerit ab aeterno. Ex quo patet mentem S. Thomæ non esse, quod Angelus, quod fatemur; & alia non potuisse, scilicet successiva, ut sunt generationes hominum, in quo recedit ab Aristotele. R. 2. D. ultimum Ant. Solvit rationes eorum, qui contra Aristotelem contendebant mundum non potuisse esse ab aeterno, ut non plene demonstrativas, C. ut minus probabiles, N. Ratio solutionis est: quia S. Th. in hac parte agit contra quosdam sui temporis Philosophos, qui con-

tendebant posse independentè a revelatione rationibus naturalibus evidentè demonstrari Infidelibus mundum non fuisse ab aeterno, sed incepisse in tempore; quibus contradicit S. Doctor, docendo in hoc articulo, mundi creationem factam in tempore esse tantum credibilem, & non evidentè demonstrabilem. Et hoc utile est ut demonstraretur, inquit in fine corp. ne forte aliquis, quod fidei est demonstrare præsumens, rationes non necessarias inducat, quæ præbeant materiam irridendi infidelibus existimantibus nos propter hujusmodi rationes credere, quæ fidei sunt. Nos vero non contendimus, rationes nostras esse demonstrativas, sed tantum probabiles & oppositis probabiliores: unde nihil contra nos ex D. Th.

Obj. 2. Potuit produci ab aeterno ignis applicatus stupæ; atqui ignis applicatus stupæ statim illam combureret: ergo. Prob. Min. Nihil deest ad combustionem: ergo. R. N. Min. Ad Prob. D. Ant. Nihil deest ad combustionem in tempore, C. Ad combustionem ab aeterno, N. Non itaque ille ignis combureret stupam nisi post durationem infinitam; tum quia pars motus, quacum ignis ille crearet, deberet durare duratione infinita sine transitu & destititione, sique non esset motus, sed res permanens; tum quia stupæ ab aeterno creata & ab aeterno conservata non posset ab aeterno comburi & corrumpi, aliis ab aeterno foret & non foret. Potuisset ergo stupæ comburi prius, & prius in infinitum sinecategoricè.

Inst. Si sol ab aeterno esset, ab aeterno illuminaret: ergo similiter, si ignis ab aeterno esset applicatus stupæ, ab aeterno illum combureret. R. N. Conseq. Disparitas est, quod illuminatio sit motus instantaneus, combustio vero successiva.

Obj. 3. Homo potuit esse ab aeterno: ergo & motus cordis. Patet Conseq. Quia motus cordis est necessarius homini. R. omnia Maj. quam ex principiis positus non tenemur admittere, supposito quod homo necessarius motum cordis involvat, N. Conseq. Ad Prob. D. Ant. Motus cordis est necessarius homini ad vitam qualem nunc habemus, C. Qualem tunc habuisset homo, N. Si namque Deus decrevisset create hominem ab aeterno, illum fecisset talem qualem exigit iste status, liberum scilicet a defectibus qui aeternitati repugnant, qualis est alteratio, & motus cordis. Neque est quod mireris; simile quid enim contingit naturaliter: sic respiratio non est minus necessaria homini, quam motus cordis; & tamen infans in utero matris vivit absque respiratione, quia huic statui non convenit.

Obj. 4. Motus & tempus possunt esse aeterna a parte post: ergo a parte ante. R. N. Conseq. Disparitas est, quod aeternum a parte post non sit aeternum duratione infinita actu, sed potentia tantum & sinecategoricè; aeternum autem a parte ante foret aeternum duratione infinita actu & categoricè.

ARTICULUS VII.

Quò anni tempore mundus fuerit creatus?

Plures, præsertim Recentiores, non improbabiler censent mundum incepisse ab Autumno: attamen Dico: Probabilis est, mundum fuisse conditum verno tempore, seu mense Martio.

Cum de hoc facto Scriptura sileat, non nisi Traditione, & quibusdam congruentiis probari potest. Itaque Prob. ex communis sententia SS. Patrum, si enim tenent Ambrosius L. 1. in Hexameron, Cyrillus Jerosol. Catech. 14. Gregorius Nazianz. Orat. de Nativit. Domini, Theodoretus q. 12. in Exod. Leo Magnus Serm. de Pass. Damascentus l. 2. cap. 5. & alii plures, qui verisimiliter id acceperunt per Traditionem.

Suadet congruentiis. 1. Congruum erat, ut primus & secundus Adam, scilicet Christus eodem tempore formarentur, eodemque tempore mundus repararetur, quo fuit conditus; Christus autem tempore verno conceptus fuit, & passione sua mundum redemit. 2. Congruum erat, ut mundus inciperet tempore totius anni amoenissimo, & plantarum germinationi aptissimo; unde dicitur: Germinet terra herbam viventem: hoc autem est Ver, & non Autumnus, non enim in Autumno herbe vivescunt, sed marcescunt.

Dices 1. Initio mundi fructus arborum erant maturi; atqui non sunt maturi Vere, sed Autumno: ergo. R. in Regionibus calidioribus, qualis est Palestina, multos arborum fructus esse maturos tempore verno; constat enim ex Levit. 4. Israëlitis mandatum fuisse offerre manipulum spicarum secundo die azimorum, qui celebrabatur Vere. Ex Exod. decimo tertio mensis, in quo egressi sunt de Aegypto, qui erat etiam Martius, conformiter ad festum Azymorum dicitur mensis novarum frugum.

Dices 2. Hebræi debebant initium anni ab Autumno, quod verisimile est eos accepisse a Patribus suis, & hos ab Adamo: ergo. Prob. Ant. Festum Tabernaculorum, quod celebrabatur mense, qui postea dicitur est septimus, & correspondet partim nostro Septembri, partim Octobri, dicitur Exod. 23. celebrari

in exitu anni, quando congregatae sunt omnes fruges de agro, si autem tunc erat exitus anni, erat consequenter initium sequentis: ergo. Item Exod. 12. ubi agitur de mense destinato ad immolationem agni, qui erat Martius, sic statuit Moyses: Mensis iste vobis principium mensium, primus erit in mensibus anni: ergo antea non erat, alioquin inutile fuisset statuere, ut deinceps esset primus. R. nullo argumento posse probari, Hebræos, antequam descenderent in Aegyptum, suos annos ab Autumno computasse. Equidem verum est, quod, ex quo fuerunt in Aegypto, secuti sunt consuetudinem Aegyptiorum, qui sic annos suos computabant, etiamque consuetudinem, postquam egressi sunt de Aegypto, retinuerunt quoad annos civiles, mundinationibus, & contractibus servientes; sed quantum ad res sacras, eos Moyses revocavit ad primariam computationem a Verno tempore, ut patet ex cap. 12. etiam citato ibidem, ubi mensis qui dicitur Exitus anni, postea dicitur esse septimus.

Si quaera, quæ de causa Aegyptii, & alii populi Orientales initium anni ducerent ab Autumno? R. quia id tempus erat commodius agricolis, & pecuariis, quales erant ferè omnes, ad Contractus civiles: Collectis enim frugibus, eisque venditis, at-

que inde collectis pecuniis, commodè contractus venditionum, locationum, emptionum, & alios celebrabant.

Inst. Mensis, quo incepit diluvium, dicitur secundum Gen. cap. 7.; atqui secundum Josephum l. 1. Antiquit. incepit diluvium in Autumno, ergo. R. ad Min. ita quidem sentit Josephum, sed S. Ambros. l. 1. de Arca cap. 14. Rupertus l. 4. in Genes. cap. 25. & alii docent, diluvium incepisse verno, & mensem secundum fuisse, qui Majo nostro saltem quoad posteriorem suam partem respondet, non Octobrem, qui Exod. 24. dicitur septimus. Hancque rationem afferunt, ut scilicet Deus manifestè ostendat aquas diluvii non esse naturales ex imbribus, sive Autumnalibus, sive Hiemalibus, sed ex speciali Dei providentia, in majorem vindictam peccatorum, quos exterminare voluit tempore anni amoenissimo, quo non nisi prospera, & læta expectabant.

Petes, a quo tempore mundus sit conditus? R. numerando secundum communiorum nunc Sententiam annos 4000. a creatione mundi ad Nativitatem Christi, dicendum est, a mundo condito effluxisse annos 5755. annos, cum hæc scribimus.

DISSERTATIO II.

DE SEX DIEBUS CREATIONIS MUNDI, NECNON DE REBUS, quæ in unoquoque die creatæ sunt.

ARTICULUS I.

Utrum sex dies creationis sint reales?

Moyses cap. 1. Genes. narrat, Deum sex dierum spatio mundum creasse: Questio est, quomodo isti dies sint intelligendi: an realiter pro spatio 24. horarum, an figuratè pro diversis cognitionibus Angelorum?

Augustinus, in Libris de Gen. ad Lit. eos accipit figuratè secundum diversas cognitiones Angelorum, diversitate petita non ex parte cognitionis, sed ex parte objectorum, docetque S. Doctor, Deum mundum uno die, imò uno instanti creasse. Tum dividit omnes res creatas in sex genera juxta sex dies numeratos a Moysè, quorum Deus cognitionem impressit menti Angelicæ: Angelus autem cognovit primum genus rerum in semetipsis; & vocat Aug. hanc cognitionem vespertinam: deinde cognovit in Verbo; & hanc cognitionem vocat matutinam; quia res clarius cognoscuntur in Verbo, quam in seipsis; atque, inquit, sic factum est vespere, et mane dies unus; & sic de cæteris.

Verum intelligit, quædam tantum secundum speciem esse actu producta uno die, scilicet coelum, terram, solem, lunam, firmamentum, & alia; si quæ sint facta ex nihilo; cætera autem, quæ sunt ex materia præjacente, ut herbas, animalia, hominem quoad corpus, &c. eodem die facta esse, non quidem secundum speciem actu distincta, sed tantum in semine, seu potentia; vel ut alii dicunt, secundum substantiam. Quatenus vero distincta sunt secundum speciem, producta esse postea decursu temporis, sicut ea, quæ Deus quotidie nunc producit. Sola ergo facta ex nihilo, & alia facta in semine seu potentia intelligenda sunt, in Sententia Aug. secundum dies invisibiles, seu cognitiones Angelorum: facta autem ex materia secundum speciem intelligenda sunt secundum dies naturales extra sex dies assignatos a Moysè. Vide D. Th. hic q. 74. art. 2. cum Commentariis Cajetani, & Berti l. 11. cap. 2.

Cæteri, quamvis hæc Sententia videatur esse Augustini in libris cit. de Gen. ad Lit. non constat tamen illum in ea firmiter stetitisse, partim quia l. 2. retract. cap. 14. dicit, quod in Libris de Gen. ad lit. plura quaerita, quam inventa sunt, & eorum, quæ inventa sunt, pauca a firmata. Partim, & præcipue lib. de catech. rudibus cap. 17. postquam dixisse Deum sex diebus coelum, & terram, & omnia, quæ in eis sunt, creasse, addit: Poterat enim omnipotens, & uno momento temporis omnia facere. Quibus verbis aperte significat Deum quidem potuisse uno instanti omnia facere, voluisse tamen sex diebus realibus facere, & septimo requiescere.

Cæteri autem SS. Patres communiter intelligunt sex dies naturales. Quantum ad S. Th. neutram Sententiam improbat hic art. 2. quem sic concludit: Ut igitur neutri Sententia præjacta dicitur, utriusque rationibus respondendum est. Et q. 4. de Pot. art. 2. dicit, Sententiam Aug. esse subtiliorem, aliorum vero sanctorum esse plavorem, & verbis Literæ, saltem quantum ad superficiem, magis conformem, neutram tamen a verbis fidei discordare. His notatis,

Dico: Sex dies creationis mundi sunt reales viginti quatuor

horarum. Prob. 1. ex contextu Scripturæ. Genes. 1. Moyses narrat Deum sex diebus fecisse coelum, & terram, solem, &c. atqui per coelum intelligitur, quod hoc nomen proprie, & communiter significat, nempe verum, & reale coelum; per terram vera, & realis terra; per solem verus, & realis sol: ergo per sex dies diversos dies veri, & naturales. A pari; vel adferant Adversarii rationem disparitatis.

Confirm. 1. Scriptura sacra debet intelligi in sensu proprio, & literali, si inde non sequatur absurdum; atqui sex dies diversos expressè numerat Scriptura; & si intelligantur sex dies naturales, nullum sequitur absurdum: ergo. Respondet Berti, explicationem Aug. esse litteralem, non figuratam, & mysticam. Sed contra. Consultat Scriptor Augustinianus omnia vocabularia seu Dictionaria, in quibus habetur literalis, & propria significatio verborum; fallor, si in aliquo reperiat diem significare proprie, & litteraliter cognitionem Angelicam. Equidem S. Th. hic q. 67. art. 1. ubi dicit, hoc vocabulum Lux secundum impositionem dici tantum proprie de corporalibus, concedit quod, secundum usum communem, dicitur etiam proprie de spiritualibus; at neque ipse, neque ullus alius, ut patet, dixit diem secundum usum communem dici proprie, & literaliter de cognitione angelica. Neque obstat, quod refert Berti ex Aug. l. 4. de Genes. ad Lit. cap. 8. in quo S. Doct. dicit: Ubi ergo melior & certior lux, ibi etiam verior dies: Verus quidem dies, quia perfectione excedit diem naturalem, at non proprius dies. Sicut Joann. 15. Christus dicitur vitis vera, quatenus nobilitas influit in palmites suos homines, quam vitis naturalis; at non ideo est vitis propria. Confirm. 2. Moyses contextit historiam creationis mundi principaliter pro Populo Judaico: ergo verisimile est, quod per sex dies intellexit, non cognitiones angelicas, quæ a Populo rudi, & simplici intelligi non poterant, sed dies naturales, qui faciliè intelliguntur: sicut per coelum, & terram intellexit coelum naturale, & terram naturalem, ut jam dictum est.

Prob. 2. Deus Exod. 20. condens legem de observando Sabbatho, hanc rationem adfert: Sex enim diebus fecit Deus coelum, & terram & mare, & omnia, quæ in eis sunt, & requievit die septimo; quasi diceret: sicut Deus sex diebus operatus est, & septimo cessavit ab opere; sic vobis permittitur operari sex diebus, sed septimo debetis ab operibus cessare; atqui hæc ratio nullius foret ponderis, si non sex diebus naturalibus, sed uno tantum Deo omnia creasset; quæ enim consecutio: Sicut Deus uno die operatus est, sic vos sex diebus poteritis operari; & sicut secundo die naturali cessavit ab opere, sic vos septimo die debetis cessare ab opere?

Respondet Berti, quod, quemadmodum Sabbathum, & requies; quæ Deus cessavit a creatione universi, longè differt a Sabbatho, & requie, in qua Hebræi cessant ab omni opere servili; ita sex dies, quibus mundum Deus molitur est, discrepant a diebus hebdomadalibus, de quibus legitur in Exodo: sex diebus factis est opus. Sed contra: 1. Hac responsione non solvitur argumentum, sed firmatur; hoc ipso enim quo non intelligitur dies creationis proprie, & naturaliter, nulla est ratio Scripturæ in permitendis operibus sex diebus, & in prohibendis septima die. 2. Sabbathum, seu requies, tam in Deo, quam in homi-